

- 20 *NA.* aũ obsecro, vidē ne in cognatam pecces. *DE.* non
est. *CH.* ne nega :
patri' nomen aliud dictum est : hoc tu errasti. *DE.* non
norat patrem ?
CH. norat. *DE.* quor aliud dixit ? *CH.* numquamne 805
hodie concedes mihi
neque ĩtelleges ? *DE.* si tu nil narras ? *CH.* perdi'.
NA. miror quid hęc siet.
DE. equidem hercle nescio. *CH.* vin scire ? at ita me
servet Iuppiter,
25 ut propior illi quam ego sum ac tũ homō nemoſt. *DE.* di
voſtram fidem,
eamus ad ĩpsam : una omnis nos aut ſcire aut nescire hoc
volo. *CH.* ah.
DE. quid eſt ? *CH.* itãn parvam mihi fidem eſſe apud 810
te ? *DE.* vin me credere ?
vin ſati' quaesitum mi iſtuc eſſe ? age, fiat. quid ĩlla filia
amici noſtri ? quid futurumſt ? *CH.* recte. *DE.* hanc
igitur mittimus ?
30 *CH.* quidni ? *DE.* illa maneat ? *CH.* ſic. *DE.* ire
igitur tibi licet, Nausistrata.
NA. ſic pol commodius eſſe in omnis arbitror quam ut
coeperas,
manere hanc ; nam perliberali' viſaſt, quom vidi, mihi.— 815
DE. quid iſtuc negotiſt ? *CH.* iamne operuit oſtium ?
DE. iam. *CH.* o Iuppiter,
di noſ reſpiciunt : gnatam inveni nuptam cum tũo filio. *DE.*
hem